

fidei catholicæ custodit. In qua ego nunc unitate, A stitionis et nefandissima secta misericorditer cre-
sicut hujus quoniam felicissimæ mīhi visionis ostensum est præsiglio, per gratiam Dcī consistens,
servio ei, ut scriptum est (*Psalm. ii*), cum timore ej exulto eum tremore. Exsulto, inquam, cum tre-
more, quod ipsius, qua jam fidēlis sum, gratia de-
beo, ut gaudeam, et de ejus mīhi adhuc profundissi-
ma et investigabili iudiciorum abyssō, quā nescio
utrum amore an odio dignus sim (*Ecclesiasticus. ix*), restat,
up̄de tūtham. Quis enim mortaliū, quamlibet
justus, quamlibet sanctus, terribilem illam nostri
Salvatoris non persimiles sententiam, qua dicitur;
Muli sunt vocati, pauci vero electi? (*Matthew. xx.*) Con-
fido autem in Domino Iesu, quod qui cœpit in me
opus bonum, persicet usque in finem. Siquidem
maximam mīhi spem promittit futurorum præce-
dentiū magnitudo beneficiorum. Ecce enim miseri-
coris et miserator Dominus de stercore pauperem
exxit, et eum cum principib⁹ populi sui collocauit
(*Psal. cxlii*), cum me de sordidissima judaicæ super-

plum, non solum spis fidelibus, per unitatem catho-
licę fidei sociare, verum etiam per sacerdotalis
dignitatis gratiam gloriose mensē sue conviviis
[convivis] pius et misericors dignatus est aggregare.
Quis haec, o Domine, tuē circa me indignum pietati
viscerā pensare, quis tam immensas bonitatis
tuæ divitias digne valeat estimare? Spero, Domine,
et fidelier de tanta benignitate præsumens credo,
quod misericordia tua subsequetur me omni ihu
diobus vita mea, cuius tanta jam mīhi gratiarum
pignora dignatos es prærogare, pro quibus, ut di-
gnum est, lapides et hostias jubilationis tui p̄ssimo
illuminatori meo immolare non cesino. Sed et vos,
quicunq; haec legeritis vel audieritis, congaudeite
in ihu et congratulamini, quia mortuus speram et
revixi, perieram et inventus sum. Magnificare igitur
meum Dominiū, qui vivit et regnat in secula sae-
culturum. Amen.

ANNO DOMINI MCCCCLV

UDASCALCUS

MONACHUS AD S. ULRICUM AUGUSTANUS

NOTITIA

(FABRIC. Bibl. med. et ius. lat., vi, 288)

Udascalcius, ex familia honesta nobilium virorum de Maisack natus, monachus ad S. Ulricum (Augustanum Vindelicorum), abbatij Eginonis individualis comes, vir religiosus et præclare doctus, versificator non pauci-
tentus, musicus et componista eximus, theologus vero sui sæculi nominatissimus, eligitur in abbatem
anno Domini 1126. Presuit proutenter et fidoliter annis 25. Scripsit librum *De musica, historiam multorum*
sanctorum, imprimis vero S. Afræ, S. Udalrici, S. Mauritii et S. Mariæ, Magdalene, variis generis versibus.
Exstant multa ipsius epigrammata sparsim hinc inde parietibus inscripta, quæ ipsius ingenium admodum
secundum, doctrinam vero non vulgarem præclare et luculentiter produnt. Obiit anno Domini 1151. Itaç
Gasp. Bruschius in Chronologia monasteriorum Germanie pag. 497, cum quo confer Sigismundi Chronicou
Augustense Pistorianum tom. III, p. 603. Ejus hodie exstat *Narratio de Controversiis inter Hermannum*
episcopum Argentanum et Engianum abbatem S. Udalrici, edita a Canisio Lect. Ant. tom. III, part. II, p. 4.
Unicum epigramma ejus in Eginonem decessorem exstat apud Brusechium, p. 496. Mabillonius sæculo V
Benedictino, p. 415, dicit, ipsum a quibusdam auctorem *Vita S. Udalrici* episcopi Augustani, a Velsero,
ipso Mabillonio et in Actis sanctorum editi, habitum fuisse: quia vero ille auctor binis locis memorat se
Udalricum vidisse, hoster verg bilis sæculis junior fuit, eam scribere non potuit. Contra vero Sigismundus
I. e. docet *Vitam hujus Udalrici carmine ab Udascalco fuisse conscriptam*; incipit enī his verbis:
Inclita devotis colimus. Adde Jo. Pinum in Commentario urævio ad Vitam S. Udalrici, in Actis sanctorum
tomo II Junii, p. 95; Oudinum tomo II, p. 1015.